



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 55. Plena submissio a Joanne promissa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

re, quo illum exauctoraverat, haud ultra Sæcul. XV.  
ut Pontificem veneraretur, ex qualibet A. C. 1415.  
Natione Protonotarium, & Notarium no-  
minabat, qui *nomine Concilii* acta literis  
mandarent. Legit postea Benedictus  
Gentianus Universitatis Parisiensis epi-  
stolam, quibus peractis Sessio soluta est.

§. LV.

*Plena submissio a Joanne promissa.*

Sequenti die Synodales Deputati Cel-  
lain ad Joannem proficiscuntur, nulla-  
tenus pedum osculo illum venerantes,  
eoquod dignitatis suæ insignia deposuis-  
set; nihilominus proximius adeuntes,  
manum ejus ac genas osculati sunt. Ex-  
positis demum accusationum momentis  
adversus ipsum productis interrogabant,  
utrum judiciariæ actionis executioni con-  
tradicere, hasque accusations elidere  
vellet? ipse autem, se decretis ac Con-  
ciliï decisionibus ex asse obtemperaturum  
respondit. Cum vero tristitia animum  
ejus opprimens, vocem intercluderet,  
scriptam Deputatis tradidit schedam,  
quam secum Constantiam deferrent, se-  
quentibus conceptam verbis: „Se a tem-  
„ pore Concilii Pisani usque ad præsen-  
„ tem diem pro unione Ecclesiæ redden-  
„ da omnem impendisse operam; da-  
„ mnare itidem ex intimo cordis sui

E 3 „ turpem

**Sæcul. XV.** „ turpem suum a Synodo recessum, nec  
A.C. 1415. „ se contra accusationum capita ullam  
„ defensionem oppositum, sed omnino  
„ fidem priori die datam, suaque manu  
„ signatam liberaturum, atque obtempe-  
„ raturum in omnibus Concilii judicio,  
„ nam venerari se Constantiensem Sy-  
„ nodum tanquam sanctissimam, atque  
„ erroris nesciam, siue sacræ huic Sy-  
„ nodo videretur, paratum se esse, Pa-  
„ patui renunciare, id unicum tamen  
„ rogare, ut Concilium in hac sua sen-  
„ tentia, quanto honestius fieri posset,  
„ honori, Personæ, & statui suo consu-  
„ lere velit, salvis tamen Ecclesiæ juribus.

## §. LVI.

*Alii adhuc Deputati ad Joannem.*

**I**psa die vigesima sexta Maji Cardinales Deputati Constantiam rediere, atque in Congregatione postridie habita Synodi Patres de vera Joannis submissione certiores fecerunt. Hac relatione percepta, duo Episcopi, totidemque Abbatess tanquam Commissarii unacum Pronotariis Cellam ablegantur, partim condemnationis momenta Pontifici, ut ab iis se purgaret, exhibituri, partim eidem nunciaturi, ut Constantiam exauctorationis suæ sententiam ibidem percepturus veniret. Excepit Joannes hos Commissa-